



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Cap. IX. Regiones controuersæ, les pais debattus au deça du Rhin, &
Episcopatus Leodiensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

CAP V T I X.

*Regiones Controversæ, les pays debattus au deçà du Rhin,
& Episcopatus Leodiensis.*

OLIM Dux Cliuensis possedit regiones omnes, quæ postmodum tantâ contentione ab eius hæredibus prensatae sunt, Ducatus Iuliacensem, Bergensem seu Montensem, Comitatus Marchiæ, & Rauenspurgicum Dominio Rauenstino. Sed Ioannes Guilielmus Dux vltimus moriens cum hæreditate multa bella suis successoribus reliquit, hoc est Marchioni Brandenburgico, & Duci Neoburgenſi de *Neubourg*: huius enim partes fouebant Hispani, illius Bataui. Sed cùm diu inter duos populos cerratum esset, tandem sic fœdus percussum est inter Principes, vt Dux Neoburgenſis Ducatus Bergensem, & Iuliacensem retineret, reliqua Brandenburgicus auferret: Hispani seruarent Iuliacum, Sittardum & Orsoyum, Bataui Emmerichum, Reesium, & Veseliam, donec à Principibus, quibus opem tulerant, satisficeret. De Ducatu Bergensi, & Comitatu Marchiæ agemus in Vestphaliâ.

EPISCOPATVS LEODIENSIS regione perferac situs, quem aliqui malè Belgio attribuunt, certè in illud procurrit. Eius ditionis Dynasta Imperij Princeps est, & à populo deligitur ex Capitulo S. Lamberti, posteaque à summo Pontifice confirmatur. Quàm sæpe autem hi populi contra Dominum suum rebellarint, & quàm grauiter multati fuerint ex historiâ Gallicâ repetes. Partes quoque aliquæ Lucenburgici, Namurici, & Hannouici tractuum ad eum pertinent, & in illos excurrit eius ditio.

D V-	IULIACVM: <i>Iulliers</i> , Germanis <i>Gulik</i> , ad Fl. <i>Roer</i> , seu <i>Ruer</i> , castello munita ciuitas in rupe sito extra cuniculorum ductum.
------	---

C A-	Aquisgranum: <i>Aix la Chapelle</i> , Flandris <i>Aken</i> , Germanis <i>Aack</i> , olim Imperatoris Caroli Magni deliciæ. Quidam sic dictum volunt, vel ab Aquis, vel palatio Grani cuiusdam, qui sub Hadriano hic sedidit.
------	--

SIS

S I S		Sittartium: <i>Sittart</i> , iam in ditione Hispanâ, donec pecuniâ redimatur à Neoburgensi.
le Duché de Iul-		Durenum: <i>Duren</i> , olim Marcodurum, celebris obsidione Caroli V. ad Fl. Roer.
liers.		Herculanum: <i>Erckelens</i> , quamquam Gueldriæ sit, huc vulgò refertur.
		Kerpenum: <i>Kerpen</i> , ad Fl. Erp, aliter <i>Kerpen Blanchuisen</i> .
		Zulpikum: <i>Zulpik</i> , ad Fluuiolum cognominem.
		CLIVI: <i>Clees</i> , Germanicè <i>Cleef</i> , ita dicta quòd inter Cliuos, seu Montes pendere videatur, ad Rhenum vbi se scindit in duo Brachia.
D V-	C I S	Orsouium: <i>Orsoy</i> , locus permunitus, ob agerem ramis, & radicibus implicitum.
C A-	R H E-	Geneppum: <i>Genep</i> , ad confluentias <i>Niers</i> , & <i>Mosæ</i> , à Batauis erectum Hispano, cum castro firmissimo.
T V S	N V M.	Burikum: <i>Burik</i> , è regione <i>Vesel</i> , munitissimum aggeribus.
CLI-		Santena: <i>Santen</i> , regione perferaci non procul à Rheno.
VEN-		Emmerikum: <i>Emmerik</i> , magna vrbs ad Rhenum & diues, vbi Batauicum præsidium.
S I S		Duisburgum: <i>Duisburg</i> , ad Fl. Roer, priusquam in Rhenum cadat, vbi quoque <i>Angre</i> Fl. Roer permiscetur, vnde regio pascuis abundantat.
Duché de Cle-	R H E-	Reesum: <i>Rees</i> , vrbs situ firmissima Batauorum, quia aquis ad libitum circumfundiri potest.
nes.	N V M.	Veselia: <i>Vesel</i> , seu <i>Vnder-Vesel</i> inferior, ferè ad confluentias Luppiæ, & Rheni, quas duæ munitiones prætexunt.
		Holtium: <i>Holt</i> , versus Marchiæ Comitatum.
DOMINIVM RAVEN-	{ la Seigneurie de Rauenstein.	Rauensteinum: <i>Rauenstein</i> , paulò supra Graue, ad Mosam, iuris Brandenburgici ex fœdere cum Neoburgico.
STINVM,		

Parall. Geogr. Tom. II.

K

GERMANIA RECENTIOR,

E P I-

S C O-

P A-

T V S

L E O-

D I E N-

S I S

*l'Euesché
de Liege,
aliter
pays Lie-
geois.*

LEODIVM: *Liege*, aliter Leodicum, ita dictum à Legione Fl. vrbem influente, non à legione quam cecidit Ambiorix; Germanis *Luttk*, Flandris *Luych*. Vrbs olim malè multata à Dominis suis, nunc diues quia Gallorum, Flandrorum, & Germanorum nexus. Mille passibus ab vrbe mons Caprimontium *Cheuremoni*, vnde arx deiecta, in quâ Tyrannus per Episcopum interfecitus est.

Tungri: *Tongres*, Germanicè *Tongeren*, ad Fl. *Tecker*, seu *Leker*, vnde Episcopalis sedes Leodium translata, vrbis perantiqua, & varias experta vices.

Huum, seu Hoynis: *Huy*, aliter *Hoy*, & *Hoey*, ad Fl. cognominem, vrbis sàpe diruta cum castro in monte: quidam volunt olim dictam esse Benefactum. Regio inter Leodium & Huum dicitur *Aßania* *Aßbain*, seu *Haspengouw*, Comitatus iuris Episcopalis.

Fanum S. Trudonis: *S. Truyen*, seu *Truon*, vbi aliqui malè veteres Centrones collocat, Abbatia prædiues.

Traiectum Mosæ ex parte: *Maeſtrik*, quasi *Mierſtrich*, exterius oppidum, aliter *Obtricense* oppidum *Oppertrich*, quasi oppidum superius.

Vesetia: *Veset*, vrbecula trans Mosam in agrum Limburgicum excurrens.

Verueriæ: *Verniers*, ad Fl. *Then*.

Francimontium castrum: *Francimont*, nam vrbis deiecta meenia, Marchionatus Episcopi, à quo non procul in meridiem Souenia fons tertianis febribus, & Hydropi salutaris.

Hasseltia: *Hasselt*, vrbis populosa satis & diues ad Fl. *Demeram*.

RELIQVA huius ditionis petes ex Belgio in agris Lumburgico, Namurico, Hannouico, vbi huius Episcopi insertas vrbes videbis.